



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Homiliæ Qvadragesimales Reverendissimi D.ni P. F. Hieronymi Baptistæ De Lanvza Venerabilis memoriæ Episcopi Barbastrensis & Albarrazini, Ord. FF. Prædicatorum

Ex Hispanico idiomate in latinum perfectè fideliterq[ue] iuxta posteriorem
omnium, nouamq[ue] editionem translatae, & ab innumeris cùm S.
Scripturæ, tùm SS. Patrum typographicis erroribus emendatæ ... cum
triplici Indice ...

Lanuza, Jerónimo Bautista de

Antverpiæ, 1649

Svmma Privilegii.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53012](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53012)

SVMMMA PRIVILEGII.



HILLIPPVS IV. Dei gratiâ Hispaniarum & Indiarum Rex Catholicus: Archidux Austriae, Dux Borgundiae, Brabantiae, Geldriae: Comes Flandriae, Arthefiae, Hollandiae, Zelandiae, Marchio S. Imperij Romani; Dominus Frisiae, Mechliniae &c. Omnibus praesentes visuris Salutem: Libellum nobis supplicem obtulit GVILIELMVS LESTEENVS Bibliopola Typographus in vrbe nostra Antuerpiensi, quo significat quod grauibus laboribus & expensis transferri fecerit ex Hispanico in Latinum, & iam translatum imprimi opus in signe ac raram, inscriptum: HOMILIAE QVADRAGESIMALES R. M. D. FR. HIERONYMI BAPTISTAE DE LANZA ORDINIS FF. PRADICATORVM EPISCOPI BARBASTRENSIS AC ALBARRACINI. Cum autem merito timeat, ne alij praeter ipsum Typographi praedictum velint opus imprimere, sub titulo alicuius additionis, traditionis, compendij, vel quolibet alio colore, quem sibi possent praetendere, in non leue praefati Typographi detrimentum; ea de causa motus ad nos confugit: humiliter instantesque deprecans, quatenus nobis placeret gratumque haberemus illi permittere, vt solus ipse, reliquis omnibus exclusis, praedictum possit librum imprimere, in lucem dare, vendere & distribuere, per omnes regiones ac Prouincias nostrae subditas Obedientiae, eo modo ac forma, qua sibi iudicauerit expediens, idque duodecim annis proximae subsequentes, sub multa tali casui praestituta. Nos igitur praedictis omnibus mature riteque consideratis precibus GVILIELMI LESTEENI, favorabiliter inclinati illi concessimus & consensimus & permisimus, concedimus, consentimus, ac permitimus ex specialis gratiae Licentia virtute praesentium, vt possit, & in futurum possit imprimere, & imprimi facere librum supra dictum: eundemque vendere, exponere, distribuere in quibuslibet regionibus ac Dominijs nostrae subiectionis. Inhibentes, & prohibentes omnibus ac singulis nostrae Ditionis Typographis, alijsque quibuscumque, ne praedictum librum imprimant, aut imprimi faciant, nec alibi impressum inuehant, aut inuehi procurent, aut inuectum diuendant, sub multa confiscationis librorum, alijsque poenis eo modo ac forma, qua latius patet in litteris datis Bruxellae Anno 1648. decima quarta Mensis Nouembris.

Signat.

E. DE BERTI.

ET IN CONCILIO BRABANTIAE

Signat.

STEENHVYSEN.